



Lanis structuræ fundamentis linearum perſcriptione ſufficiēter de-
 finitis, proximum eſt, vt ediſſeramus qua forma atq; finitione opus
 attolli conueniat. Primùm igitur quæ crucem exprimit, i. h. k. linea,
 omnibus diſtincta punctis muri recti incuruiq; craſſitudini, ac area-
 rum, quæ ibi cōcluduntur, latitudini notādæ deſtinatis, vnà cum literarū figu-
 ris huc ſpectantibus mutuata, inferioris cuiuſpiam fundamenti vice defunge-
 tur, ita applicata, vt i ad frontem ſpectante, h in medio ſubſiſtente, l m. ponè in
 vnum punctum concurrant. Secundo deinde loco ex h, linea quædam ad per-
 pendiculum excitata in ſeptenos pedes vſque aſſurget, vbi A perſcriptum
 structuræ attollendæ modum & altitudinem definiet. Expediſt autem vallum
 ideo excitari ſublimius, vt in imum ſoffæ alueum demiſſum ad eam altitudi-
 nem confurgat, vt hinc quæq; liber miſſilium in hoſtem vrgentem iactus præ-
 beatur. Vſus igitur poſtulat ipſum ſupra vrbana mœnia attolli, niſi alia ſubor-
 ta neceſſitas, maiorem minoremue operi ſublimitatem præſcribat. Iam ex ſupe-
 rioris item fundamenti definitione i h. l. m. linea vna cū omnibus punctis, qui-
 bus ab inferiore proximè ſibi ſubiecta diſtinguitur, mutuata in h ſui puncto
 tranſuerſim ſuper a. incubabit. Quibus ita diſpoſitis, ex ſingulis inferioris trāſ-
 uerſæ punctis, ſingulæ lineæ in ſuperioris fundamenti puncta ad amuſſim du-
 centur, adeo nimirū vt i ſuper i, h ſuper h, l m ſuper l m exactè applicetur. Hinc
 enim murorū latitudo ac arearū, quæ ab his cōcludūtur, cōtractiones facilè de-
 prehēdūtur. Ceterū in muris recūbētibus qua ad latus lineamēto ſpectādi veni-
 unt, lapides ad cōpares angulos præciſi cōponentur, nō ſecus atq; d. e. mediū mu-
 ri laterū poſitus, cōparatus eſt. Quare in muris extruendis prout plus minusue
 recumbent, lapides comparibus angulis diligenter, aptèque iungendi ſunt, vt
 mutuo ſubnixu validius confirmentur. Qui ſanè lapidum procinctus roboris
 plurimum muro ſuppeditat, & ad miſſilium cōſutationem accommodatus, cū
 murus ſubnixu lapidum mutuo ſuſtentatus, ad vim telorum appellentem non
 facilè concedit. In muris rotundis qua frons intuentibus obuertitur, lapides
 ſuis lateribus verſus k dirigētur, vt cū muris trāſuerſis itē cōnixis in orbē coeāt,
 Atq; hic itē lapides ita cōcinnādi ſūt, vt artiſicioſis cōmodiſq; nexibus vicifſim
 impliciti, roboris perpetuitatē polliceātur. Ceterū de huiuſmodi lapidū cōcin-
 natione poſitūq; nihil præcipiendū duximus, quod ex peritis lapicidis cemē-
 tariiſq; hæc ratio neminè fugiat. Eius quoq; in muro attollendo memineris, vt
 cū tormentorum ſtationes fenetreſq; conficiendæ ſunt, à pauimento in ſubli-
 me nouem pedes aſſurgat. Areæ valli ſupremæ, pauimenti aliq̄uid omnino in-
 ducendū eſt. Ideoq; vel ingeſtis paſſim arenis adæquata, laxiore lapide inſterne-
 tur, vt bombardarum boatus ipſi nihil officiat, vel quernis trabibus quadratis
 ac pedes ſpatio interpoſito proximis obducetur, quibus deinde aſſeres ita cla-
 uis affigendi ſunt, vt vniuerſa contignatio pauimentum ad libellam æqua-
 tum præferat. Nam niſi bombardarum rotæ locis ad amuſſim exæquatis inſi-
 ſtant, fiet vt in iaculādo procul à ſcopo deſtinato aberretur. Ac præter cæteras
 cōmoditates pauimentum contignatum maximè probaui, quod vt validè cō-
 pactum

